

angenehmen, rauhen Seite zu ertragen verstand. Der 20. Mai 1901 brachte ihm die Erlösung von seinen Leiden. Er erreichte ein Alter von beinahe 50 Jahren. Seine sterblichen Überreste ruhen auf dem Friedhofe der Baderstadt inmitten der Gräber seiner ihm vorangegangenen Lieben.

Ehre seinem Andenken!

Oberlehrer **W. Richter.**

## Zwei Urkunden zur Geschichte des adeligen Geschlechtes von Westheim.

Mitgetheilt von Fr. K. Schrader, Pfarrer in Raßungen.

1269. Die Rathmänner von Marsberg bekunden, daß Ritter Swiker von Westheim mit Einwilligung seiner Gemahlin Adelheid und seines Bruders Ulrich die Hälfte des Zehnten in Wleffengere<sup>1)</sup> durch Vermittelung der Ritter Ludolf von Dalwigk und Johannes von Brobife ihrem Mitbürger Bertold von Hörter für 55 Mark verkauft habe. Die Frau Sophie, welche an dem Zehnten die Leibzucht besitzt, und ihr Sohn Johannes erklären in der (Nikolai-)Kapelle zu Marsberg vor den dortigen Rathmännern, nach dem Tode gedachter Frau Sophie keine Ansprüche darauf zu erheben. Die Stadt Marsberg, Johannes Herr der Burg Paderberg und sein Verwandter Hermann siegeln.

Universis presentem litteram visuris consules montis Martis iusticie semper inherere et veritati testimonium perhibere, quia gestarum rerum seriem plerumque nubes oblivionis solet involvere, decrevit discretorum sollercia, acta hominum scriptis, sigillis et testibus perhennare. Noverint quam presentes et futuri, quod Swykerus miles dictus de Westheym, adhuc liberis, excepta

<sup>1)</sup> Wleffengere dürfte Wüstung Flessinksen in der Mitte zwischen Niedermarsberg und Leitmar sein. Auf der Rückseite der Urkunde steht vermerkt: Flessinger Zehende furm Marspergh.

unica filia, carens, de consensu uxoris sue domine Alheydis et fratris sui Olryci, universorumque heredum ac coheredum suorum dimidietatem decime in Wlessengere site, que ad ipsum a progenitoribus suis rite et legitime devoluta fuit, excepto quod domina Sophya ius suum, quod vulgo lyftucht dicitur, sola quamdiu vixerit obtinebit, mediantibus Ludolfo de Dalewych et Johanne de Brocbyke militibus propter necessitatem, quam subterfugere nequivit, Bertoldo de Huxaria, conburgensi nostro, accepta pecunia summa videlicet quinquaginta quinque marcarum cum omni proventuum utilitate vendidit et tam ipse quam predictus frater suus Olicus predicto Bertoldo et uxori sue domine Kunegundi et pueris ipsorum Hermanno, Conrado, Kunegundi et Margarete porrexerunt iam dictam dimidietatem decime iure feudali libere et quiete perpetuo possidendam, pollicentes nichilominus se, suosque heredes sepedicto Bertoldo, suisque heredibus de sepedicta dimidietate decime plenam et perpetuam warandiam prestituros. Predicta vero Sophya et Johannes filius ipsius, aliique ipsius heredes in capella montis Martis coram consulibus montis Martis, aliisque multis probis et honestis viris consistentes publice protestati sunt, post mortem sepedicte Sophye se nichil iuris in sepedicta decima habituros, omnique iuri suo sive impetitioni super eadem decima penitus renunciarunt. Acta sunt hec in monte Martis anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LX<sup>o</sup> nono. Et ut iste contractus ratus et inconvulsus in evum permaneat, presentem paginam sigillo nostro et sigillis Johannis domini castri in Pathberg et Hermannii cognati sui duximus roborandam. Huius rei testes sunt Frederycus de Horhusen et frater suus Thydericus, Udo de Wethen, Olicus de Westheym, Johannes de Brocbyke, Ludolfus de Dalewych, Stephanus de Horhusen milites; Alradus de Horhusen, Conradus de Brocbyke, Frederycus Speycht militares; Henricus de Oddenhusen et frater suus Thydericus, Albertus de Mulenhen, Bertoldus iudex et frater suus Ludolfus, Henricus de Capella et frater suus Johannes, Helmwycus de Huxaria, Hermannus filius monetarii et frater suus Lodewycus, Wynandus et Henricus de Scherve fratres, Conradus Luthbrandi, Johannes Hyldewordi, Henricus et Johannes fratres cognati Wyderoldi, Conradus de Olyngen, Gernandus de Scherve, Rodolfus de Esnete, Bernardus de Walbernichusen consules montis Martis, et alii quam plures.

Orig. auf Pergament mit den verletzten Siegeln an Hanffschnüren z. B. im Besitze der Stadt Warburg.

1354 März 16. Knappe Ulrich von Westheim und genannter Rike bekunden Beilegung der Streitigkeit zwischen dem Kloster Hardehausen und ihnen gelegentlich der Brüder von Epe in der Weise, die alte Grenze beizubehalten. Sofern das ohne Wissen verletzt wird, wollen sie Genugthuung leisten und auf Verlangen binnen 14 Tagen zur Buße in vier Städten der Diöcese Paderborn mit zwei Knechten Lichter um die Kirchhöfe im Bußhemde tragen. Ulrich von Westheim verpflichtet sich für den zugefügten Schaden vier Mark Warburger Pfennige an das Kloster zu zahlen. Rudolf und Johannes von Horhusen, sowie Swifer von Westheim, Ulrichs Vater, siegeln.

Ego Olicus de Westheym famulus et dictus Rike recognoscimus in hiis scriptis publice protestando, quod dissensio facta et orta inter religiosos viros dominum abbatem et . . conventum in Herswidehusen parte ex una et nos parte ex altera occasione fratrum dictorum de Epe totaliter sopita est modo quo sequitur, videlicet quod zonam antiquam et inviolabilem promissimus dictis religiosis fide data et iuramentis ad sancta Dei corporaliter prestitis et promittimus per presentes tam efficaciter observandam quamdiu vixerimus, quod eisdem religiosis et eorum subditis deinceps inimicari dampna aut molestias inferre nobis non liceat quoque modo. Si vero contrarium per nos vel alterum nostrum factum fuerit ignoranter, ex tunc a tempore quo requisiti fuerimus coniunctim vel divisim computando pro huiusmodi forefacto per dictos religiosos infra mensem ad satisfactionem nos constringimus vel alter nostrum, qui reus extiterit, in facto, contradictione qualibet procul mota, ymmo dictis religiosis et eorum subditis profectus et promociones fideliter tenebimur impendere pro toto nostro posse. Insuper emendam spiritualem in quatuor civitatibus Padeburnensis dyocesis cum duobus servis quilibet nostrum cereum de una libra et servi duo quilibet cereum de dimidia libra in manibus portando ante crucem in qualibet dictarum quatuor civitatum absque capuciis nudisque totis corporibus, camisiis et bracis dumtaxat indutis, tenebimur in cimiteriis ecclesias circuire, cum super eo per dictos ad unam quindenam coniunctim vel divisim fuerimus requisiti. Item conductum et inter nos, quod ego Olicus supradictus pro dampnis

per me dictis religiosis illatis quatuor marcas Warbergensium denariorum infra terminum mihi assignatum solvere tenebor et debebo religiosis sepedictis. Omnia et singula premissa fideliter nos servaturos fide data et iuramentis ad sancta Dei corporaliter prestitis astringimus et astringimus per presentes dolis et fraudibus in premissis penitus exclusis. In cuius rei evidenciam presens scriptum consignavimus sigillis Ludolfi et Johannis dictorum de Horhusen et Swicherii de Westhem patris Olrici supradicti. Et nos Ludolfus et Johannes dicti de Horhusen et Swicherus de Westhem famuli ad preces Olrici et Riken predictorum sigilla nostra apposimus huic scripto in testimonium et robur premissorum. Datum anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup> quinquagesimo quarto, dominica qua cantatur Oculi mei. Superscriptionem videlicet consignavimus presentibus approbamus sub eodem anno et die Domini, quo supra.

Orig. auf Pergament aus dem Hardehauser Klosterarchive z. B. im Pestke der Stadt Warburg, die Siegel ab. Das Wort „consignavimus“ ist in der Urkunde nachträglich über die Zeile geschrieben und wird am Schlusse beglaubigt.

## Urkunde über einen Mühlenhof mit Mühle zu Husen bei Atteln.

Mitgetheilt von Fr. X. Schrader, Pfarrer in Raßungen.

1404. März 19. Walburgis von dem Walde, Äbtissin des Stifts Böddeken, genehmigt mit Zustimmung der Pröpstin Hille, der Dechantin Adelheid und der übrigen Jungfrauen des Stifts, daß Albert und Swiker, Brüder von Husen, den Mühlenhof mit der Mühle zu Husen, welcher Pachtgut des Stifts ist und von ihm zu Lehn geht, dem Domkürster Bertold Besselin in Paderborn zur Dotirung des Altars Unser lieben Frau auf dem obersten Chore des Domes in Paderborn verkauft haben. Der Rektor des Altars soll verpflichtet sein, jährlich auf Michaeli vier Schillinge Paderborner Pfennige Pacht an das Stift zu